FLORA.

№ 8.

Regensburg. 28. Februar. **1843.**

Inhalt: Fries, Sileneae Scandinaviae in genera naturalia disposita. — F. W. Schultz, Andeutungen zur Kenntniss einiger Orobanchen Griechenlands. — Bentham, Plantae Hartwegianae.

Kl. Mittheil. Kirschleger über Schleiden's Ansicht von dem Ovarium inferum.

Personalnotizen. Ehrenbezeugungen. Beförderungen. Reiseunternehmungen. Todesfälle.

Anzeige von Dr. Preiss. — Einlauf bei der k. botan. Gesellsch. vom 13. — 20. Febr. 1843.

Sileneae Scandinaviae in genera naturalia disposita ab E. Fries.

(Aus Lindblom's Botaniska Notiser 1842 Nro. 10. p. 168—172. auf den Wunsch des Herausgebers und Verfassers mitgetheilt von Dr. Beilschmied.)

Reformatis generibus *Pomacearum*, *Alsinacearum* etc., a stylorum numero fallaci potissimum sumtis, restant *Silenearum* necesse simul reformanda. Antiquitus proposita genera nec characteribus fixis nec affinitatis nexu esse definita, inde a Scopolio omnes facile Botanici perspexerunt. Novam dianomen jam ante plures annos pollicitus sum: interea Cel. Fenzl novae constructionis prodromum in Endlicheri *Genera plantar.* publicavit, quem primum exspectare et conferre debui. Hoc facto principia in genere convenire facile videbam. At cum viri laudati genera ex maxima parte e capsulae loculis et dentibus unice pendere videntur, etiam ad reliquas floris partes attendendum censeo, ut ad jam recepta genera, quousque fieri possit, accommodentur. Sequentia agnoscimus *Silenearum* genera, neglecta *Drypi*, quod genus melius suae tribus typus.

A. *Capsula baccata, indehiscens.*

I. **Cucubalus Tournef.** — Fenzl apud Endl. l. c. Deest in Flora nostra.

B. *Capsula in tot dentes, quot styli, dehiscens. Semina umbilico marginali affixa.*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06165-0123-6

II. **Agrostemma L. Koch.** Calycis tubus ventricosus, coriaceus, costatus; limbus *quinque-partitus*, *laciniis foliaceis*. Petala lineari-unguiculata, lamina patula, basi nuda. Styli definite 5, *stigmatibus undique pilosis*. Carpophorum planum. Capsula unilocularis, apice quinquedentata. Semina reniformia. — Genus a Cl. Fenzl aliisque cum *Lychnide* junctum, e stigmatis indole jam Cell. Braun et Koch restituerunt. Petalorum insertione hoc & sq. genus a reliquis simul differre videntur.

Spec. 1. *A. Githago L.*

III. **Coronaria** Linn. pr. p. (Hort. Ups. p. 115.). Genus meo sensu restituendum, licet a Fenzl cum *Viscaria* jungatur. Ab *Agrostemmate* proximo distinguitur carpophoro stipitiformi, petalorum lamina basi bidentata, capsula quinqueloculari; a *Viscaria* toto habitu, calyce indurato angulato 5-partito aliisque notis. Typus *C. Coelirosa* (Lychnis *Auct.* Viscaria *Fenzl*). Nulla species florae nostrae civis.

IV. **Lychnis L. p. parte.** Calyx cylindricus (A) l. ventricosus (B) aequalis (nec angulatus), 5-*dentatus*. Petala ungue lineari, lamina plana basi coronula aucta. Styli 5, *stigmatibus glabris* latere interiori papillosis. Carpophorum plus minus stipitatum. *Capsula unilocularis*, apice quinquedentata.

A. *Eulychnis Fenzl.* Hujus multas habemus species cultas (*L. chalced.*, *fulg.* etc.), unicam indigenam.

1. L. Flos cuculi L.

B. *Gasterolychnis Fenzl.*

2. L. affinis Vahl. 3. L. apetala L.

V. **Viscaria Röhl.** Calyx herbaceus, tubulosus, aequalis, 5-dentatus. Petala prioris. Styli 5, 3. *Capsula in totidem loculos divisa & dentes dehiscens quot styli.* Carpophorum stipitiforme. Semina reniformia.

Spec. *1. V. purpurea Wimm.* (L. Viscaria L.) — *2. V. alpina* (Lychnis alpina L.) v. *petraea* Herb. norm. IV.

C. *Capsula in dentes stylis duplo plures dehiscens. Semina umbilico marginali affixa.*

VI. **Melandrium Röhl.** *) Calyx herbaceus, ventricoso-inflatus, aequalis, quinquedentatus. Petala prioris. Styli 3, 5. Capsula in dentes duplo plures dehiscens, *unilocularis*, *sessilis*.

*) Plinianum vero plantae cujusdam nomen erat *Melandryum*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06165-0124-2

Semina reniformia. — (*Lychnidis* & *Saponariae* spec. Fenzl.) — H. l. *M. Pumilio* (Cucubalus L.) & Spec. Scand. *1. M. noctiflorum* (Silene *L.*) — *2. M. vespertinum* (Lychnis *Sibth.*) — *3. M. diurnum* (Lychnis *Sibth.*)

Obs. Capsula *prorsus unilocularis* sistit characterem essentialem hujus summopere naturalis et insignis generis; carpophorum enim abbreviatur in *Silene anglica L.*, quae *Silenes* radius ad hoc genus.

VII. **Silene L. emend.** Calyx herbaceus, ventricosus l. clavatus, aequalis (nec angulatus), 5-dentatus. Petala priorum, sed corona passim obliterata. Styli 2 — 5, vulgo 3. *Capsula in totidem loculos basi divisa, sed in dentes stylis duplo plures dehiscens, carpophoro cylindrico stipitata.* Semina reniformia, exasperata, sed in ultimis laevia, saepe lenticularia. (*Silenes* & *Cucubali* sp. plur. L.)

Obs. 1. Genus vastissimum, centrale, polymorphum, undique ad reliqua radios emittens. Ob stylorum numerum impossibile est separare v. c. *S. maritimam* stylis vulgo 5, *Saponariam officinalem* stylis vulgo 2, cum *S. inflata* sit utrique proxime affinis species. *S. officinalis* a genuinis *Saponariis*, *Gypsophilis* affinibus, non modo tota facie, sed etiam capsula loculosa, seminibus reniformibus, carpophoro stipitiformi, fauce coronula aucta recedit; nec stylorum numerus constans est, vidimus 3, 4. — An vero *Silene Armeria* & *rupestris* distinguendae sint, ulterius inquiratur; non modo calycis figura recedunt, sed *praecipue seminis nota in Caryophyllearum familia summi ponderis.* Hac ratione et toto habitu *S. Armeria* ad seq. genus transit.

Obs. 2. *Silenem acaulem L.* propter capsulam subunilocularem ad *Saponarias* refert Cel. Fenzl. At septa in multis speciebus prope basin plus minus deliquescunt, et cum in *S. acauli* revera adsunt septorum indicia (cfr. *Whl. Fl. Lapp.*), hoc loco ut extimum macrum generis radium versus nives perennes servo. *Saponariae* nostro sensu regiones magis temperatas incolunt. Spec. Scand.

* Seminibus exasperatis, granulosis l. corrugatis.

1. S. maritima With. (sub-pentagyna). — *2. S. inflata Sm.* v. *petraea* Fr. — *3. S. Saponaria Fr.* (Sapon. offic. L.) (subdigyna). — *4. S. Otites* (Cucub. L.). — *5. S. viscosa* (Cucub. L.). — *6. S. nutans L.* v. *infracta.* — *7. S. anglica L.*

** Seminibus laevibus.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr06165-0125-7

8. S. Armeria L. }
9. S. rupestris L. } Semina lenticularia.
10. S. acaulis L. Semina reniformia.

VIII. **Vaccaria Medikus.** Calyx herbaceus, pyramidatus, prismatico-pentagonus, 5-dentatus. Petala priorum, absque coronula. Styli 2, 3. *Capsula basi septis incompletis, apiceque dentibus dehiscens stylis duplo pluribus,* carpophoro brevi stipitata. Semina globosa. — (*Saponariae* sp. L.) In Fl. nostra deest.

IX. **Saponaria L.** Calyx herbaceus, cylindricus, 5-dentatus. Petala prioris. Styli definite 2. Capsula unilocularis, apice 4-dentata, carpophoro cyathiformi recepta! Semina lenticularia l. dorso planiuscula, facie depressa. — Nulla species indigena; *S. officinalis* longe recedit!

X. **Gypsophila L.** Calyx semimembranaceus, turbinatus, angulatus, 5-fidus. Petala ungue cuneata *corollam campaniformem* sistunt! Styli definite 2. Capsula unilocularis, 4-dentata, carpophoro cyathiformi recepta. Semina reniformia. Spec. Sc.: *1. G. fastigiata L. — 2. G. muralis L.*

D. Capsula apice in valvas, stylis duplo plures dehiscens. Semina placentae columnari peltatim adfixa.

XI. **Tunica Mert. & Koch.** Habitus, calyx & corolla *Gypsophilae*, reliqua *Dianthi!* Calyx variat basi nudus ut in omnibus antecedentibus, et squamis bracteatus ut *Dianthus.* — In Scandinavia desideratur.

XII. **Dianthus L.** Calyx herbaceus, cylindricus, basi bracteis involucratus. Petala ungue lineari; lamina dilatata, plana, basi nuda, sed areolata. Styli definite 2. Capsula chartacea, unilocularis, apice quadrivalvis. Semina peltata, oblonga l. ovalia.

Spec. Sc. *1. D. prolifer L.* (*Tunicae* affinis). — *2. D. Carthusianorum L. — 3. D. Armeria L. — 4. D. deltoides L. — 5. D. superbus L. — 6. D. arenarius L.*

XIII. **Velezia L.** Calyx herbaceus, cylindricus 5—6-dentatus, basi nudus. Petala prioris, sed lamina angustata. Styli 2, 3. Capsula stipitata, membranacea, unilocularis, apice 4—6-valvis, columella filiformi. Semina peltata, oblongo-linearia. — Nulla species in Scandinavia.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06165-0126-3

pumilum. 314. Solaneae. 151. Sorbus aucuparia. 167. Spergula arvensis. 387. saginoides. 327. subulata. 327. Spergularia rubra. 387. Sphacelaria filicina et tribuloides. 95. Sphacelarieae. 95. 190. Sphaerozyga. 94. Spiraea crenata. 271. laevigata. 271. ulmifolia. 328. Spirhymenia. 97. Spirula. 94. Spongites. 104. Spongodieae. 95. Sporochnoideae. 95. Sporotrichum. 264. Stachys alpina. 340. peregrina et sylvatica. 162. Stellaria borealis et longifolia. 346. Stratiotes aloides. 47. Sullivantia. 287. Sylphium connatum et perfoliatum. 162.

Taxus baccata. 18. 168. Terebinthaceae. 267. Tessararthra ampullacea. 91. Tetraspora lubrica. 90. Thalictrum aquilegifolium. 299. atropurpureum. 299. collinum. 165. Kochii. 348. simplex. 327. Thamnophoreae. 99. Thesium intermedium et montanum. 165. macranthum. 401. Thlaspi alliaceum. 325. alpestre. 325. arvense. 325. cepeaefolium. 326. montanum. 326. perfoliatum. 325. praecox. 326. rotundifolium. 326. Trachelium coeruleum. 104. Tragopogon pratensis. 134. Trapa natans. 338. Trichasma. 395. Trientalis europaea. 189. Trifolium pratense. 24. 26. Triticum ramosum. 256. Tropaeolum majus. 268. Tubularia. 103. Tulipa. 213. Tunica. 124. 384. Tyloglossa. 72. acuminata. 73. Kotschyi. 74. major. 73. minor. 73. palustris. 72. Schimperi. 74.

Udotea. 102. Uebelinia. 366. Ulmus campestris. 168. Ulvaceae. 90. 94. Ulva Lactuca. 90. Uncinia tenuis. 149. Urtica dioica. 135. urens. 117. 156.

Vaccaria. 124. 381. Vaccinium Constablaei. 287. Vahlodea. 346. Valeriana ciliata. 288. officinalis. 345. Valerianella dentata. 164. Vanilla aromatica. 113. Vaucheria. 88. 94. ovoidea. 89. racemosa. 88. Velezia. 124. Verbascum adulterinum, collinum et spurium. 165. Veronica orchidea. 164. Vesicaria utriculosa. 319. Viburnum Opulus. 275. Vicia. 106. sativa. 25. tenuifolia. 328. Viola. 267. palustri-uliginosa. 165. persicifolia. 327. stagnina. 327. Viscaria. 122. 376. Viscum vaginatum. 117.

Xanthium. 338. Xylophylla. 61. Xylotheca. 69.

Berichtigungen.

S. 104. Z. 18. v. o. statt Millepora l. Nullipora.
„ 116. „ 21. v. u. „ Gräser l. Kürbisgewächse.
„ 121. „ 23. v. u. „ disposita l. dispositae.
„ 144. „ 10. v. u. „ vordient l. verdient.
„ 184. „ 3. v. o. „ Payen l. Payer.
„ 148. „ 23. v. o. „ intensiver l. weniger intensiv.
„ 227. „ 8. v. u. vor Alle setze 4.
„ 230. „ 11. v. u. statt ausgefühlt l. ausgefüllt.
„ 245. „ 11. v. u. „ des Grosskreuzes l. der Auszeichnung als Grossoffizier.
„ 270. „ 12. v. u. „ Halleri l. Helleri.
„ 293. „ 9. v. o. „ Oberbibliothekar l. erster Bibliothekar.

In Flora 1842. II. S. 482. Z. 10. u. S. 483. mehrmals statt Martens l. Martins.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr06165-0420-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1843

Band/Volume: 26

Autor(en)/Author(s): Fries Elias Magnus

Artikel/Article: Silencae Scandinaviae in genera naturalia 121-124